



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Selectae Christiani Orbis Deliciae ex Vrbibus, Templis,
Bibliothecis, et aliunde**

Sweerts, Pierre François

Coloniae Agrippinae, M. DC. IIX.

Hallis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69234](#)

ATREBATI.

D. O. M.

D. FRANCISCO RICHARDOTO, Burgundio, Atrebatum Episcopo, viro in omni disciplinarum genere versatissimo, ac cōcionatori Eloquensiss. qui ob singularem doctrinam, & praeclaras animi dotes, omnibus Ordinibus vnicè carus; postquam hanc Ecclesiam periculis temporibus ingenij dexteritate, & assiduis concionibus annis **XIIII.** feliciter rexisset, maximo sui relicto desiderio, annum etatis agens sexagesimum septimum è viuis exessit. IOANNES RICHARDOTVS, invictiss. Philippo Regi à rerum status secrerisque consilijs ac libellis, & Arthesia Præses Auunculo opt. Nepos mœstissimus P. O. S. Obiit VII. Kal. Augusti, anno CIC. IC LXXIV.

HALLIS.


Hanc, DIVA, PENNAM, interpretem mentum meum,
Per alta spatiæ quæ volauit ætheris,
Per ima quæ volauit & terræ, & maris:
Scientiæ, Prudentiæ, Sapientiæ
Operata semper, ausa quæ CONSTANTIAM
Describere, & vulgare; quæ CIVILIA,
Quæ MILITARIA, atq; POLIORCETICA;
Quæ ROMA, MAGNITUDINEM adstruxit tuam;
Variaq; luce scripta prisci sæculi
Affecit, & perfudit: hanc PENNAM tibi

Num;

LEODIENSIA.

517

Nunc, DIVA, meritò consecraui LIPSIUS.
Nam numine istæc incohata sunt tuo,
Et numine istæc absoluta sunt tuo.
Porro ô benignitatis aura perpetim
Hec spiret! & famæ fugacis in vicem,
Quam PENNA peperit, tu perenne gaudium
Vitamq; DIVA, LIPSIUS parestuo.



LEODIENSIA.

D. O. M. S.

GERARDO à GROISBECK S. R. E. Presb. Cardinali, Episcopo, & Principi Leodiensi, Administratori Stabulensi, viro incredibili prudètia, pietate ac facundia prædicto, qui Provinciam suâ temporibus difficillimis annis xvi. summa Innocentia, atque animi fortitudine, pace & bello non modo conseruauit, verum etiam auxit, atque ipsis hostibus admirabilis virtute inuidiam superauit. Curatores bonorum ad leniendum parentis patriæ desiderium, monumentum hoc opt. merenti mœstissimi posuerunt.

Quem tegat hic tumulus, quondam si LEGIA queres,
Te, sicut vsq; licet maxima, maior erat.
Vixit ann. LXIV. Obiit an. sal. hum. M. D. LXXXIV.
Kalend. Ianuar.

ALIVD.

CAROLVS LANGVS I.C. vir ut scripta eius testantur, doctiss. cui Lætinus Torrentius, & Ioannes Douerinus Collegæ monumentum posse. Obiit anno M.D.LXXIII. III. Kal. Aug.

Kk 3 JANI